nolunt incedere recti sed transuer
si· nec volunt se curuare sed eleua
re: et ideo intrare nō possunt in tē
plum dei: sed foris manēt inclusi·
Math·xvij· Quam angusta porta et
arta est via que ducit ad vitam·
Quint⁹ panis est panis celestis·
de quo pane dicitur Luc·xiiij· Be
atus qui manducabit panem in
regno celoꝝ· De ista manducacō
ne dicitur eiusdē·xxij· Et ego dis
pono vobis sicut disposuit mihi pa
ter me⁹ regnum vt edatis et biba
tis super mensam in regno meo·
Ex quibus verbis habetur ꝙ illd
conuiuiū habebit ministrantis
sublimitatem Cum dicit· Ego· nō
angel⁹· non petr⁹· nō paulus nō
aliqs ali⁹ sanct⁹ sed ipse christ⁹
Luce·xij· Amē dico vobis ꝙ preci
get se et faciet illos discūbere et trā
siens ministrabit illis· Secūdo ha
bebit mensurā et manducantium
ordinabilitatē· cū dicit· Dispono
vobis et in diuersis mensis pono·
Nam in vna mēsa erunt patriar
che· in alia ꝓphete· in alia apostoli
et sic de aliis· Joh·xiiij· In domo
patris mei māsiones multe sunt
Tertio habebit cibi et pot⁹ dulce
dinē et suauitatē· cū dicit· vt eda
tis et bibatis· Ecci·xxiiij· Qui edūt
me adhuc esurient: et qui bibūt
me adhuc sitient· Quarto habe
bit mense preciositatem· ꝙ come
dent in eadem mēsa cū deo· cum di
citur· super mensā meam· Ps· Fi
lij tui sic nouelle oliuarū in circuitu

mense tue· Quinto habebit loci
amenitatē· cum dicitur· in regno
meo· Illa enim dom⁹ dei erit pul
chra et amena Numeri·xxiiij· Quā
pulchra tabernacula tua iacob et
tentoria tua israhel: vt valles ne
morose· vt orti iuxta fluuios irri
gui: et erit magna et lata· Baruch·
iij· O israhel ꝙ̄ magna est domus
dei et ingēs locus possessionis ei⁹

Dominica quinta in quadrage
sima· Sermo primus·

Quis ex vobis arguet
me de peccato? Si verita
tem dico: quare nō cre
ditis mihi? et cetera· Johā·
viij· Ista dominica vocat dnīca de
passione· nō ꝙ tali die xp̄us fue
rat passus sed ꝙ post lazari resu
scitationē fuerat ad mortē sentē
tiatus vt habet Joh·xi· Illud au
tē miraculū de resuscitacōne lazari
legitur feria quinta precedente istā dnī
cam· Illa aūt resuscitatio credit fa
cta fuisse prima luna marcij· cuius
luna·xv· crucifix⁹ est dn̄s· Et ꝙ p̄
mo post illā sētētiā firmatā ista
dnīca p̄ma occurrit· Jō in ista do
minica eccl̄ia offitiū de passione inci
pit· Dicit aūt Aug⁹· Duo sunt q cō
mendāt martiriū· s· patiētia et cā·
Ait enim in libro de patiētia· Quā
do vides aliquem pati grauia no
li continue laudare patientiam
quam ostendit· nisi causa patiē
di quando illa bona est tunc etiā

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-477/0251
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG